

## Werk

**Titel:** Intelligenz-Blatt 1866

**Ort:** Leipzig

**Jahr:** 1866

**PURL:** [https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?342672002\\_0027|log127](https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?342672002_0027|log127)

## Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)  
SUB Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen

✉ [info@digizeitschriften.de](mailto:info@digizeitschriften.de)

# Intelligenz-Blatt

zum

## SERAPEUM.

31. Januar.

N<sup>o</sup> 2.

1866.

---

**Bibliothekordnungen etc., neueste in- und ausländische Litteratur,  
Anzeigen etc.**

---

Zur Besorgung aller in nachstehenden Bibliographien verzeichneten Bücher empfehle ich mich unter Zusicherung schnellster und billigster Bedienung; denen, welche mich direct mit resp. Bestellungen beehren, sichere ich die grössten Vortheile zu.

**T. O. Weigel in Leipzig.**

---

Die  
Einladungsschrift zur Eröffnung der Leipziger Stadt-  
Bibliothek  
**im Jahre 1711.**

(Fortsetzung.)

Ad *Manuscriptos* igitur *Codices*, qui necessarium quoddam Bibliothecarum ornamentum, & supereminens quasi hodie aestimantur, consulto properamus. Eos namque ne in sua temere quis requireret, omnibus prospexit modis, nec sumtibus pepercit ullis Ampliss. SENATUS. Hinc principio statim bene multa *Juris Civilis & Canonici* volumina, qua membranæ, qua papyracea, cumque illis *Gulielmi Durandi* speculum *Juris*,<sup>1)</sup> in membrana exaratum, quæ Nobiliss. Viri, THEODORICI de BUCKINSDORFF, J. U. D. & Facultatis suæ in hac alma Lipsiensi Ordinarii quondam fuerant, atque honorabili Executoris testamenti ipsius titulo A. MCCCCLXXIX. d. 28. Apr. ad se pervenerant, liberaliter huc donavit.<sup>2)</sup> Haec exceptit aliud opimum XX scil. præstantissimorum codicum augmentum, quos Perillustris atque Excellentiss. JACOBUS BÖRNIUS, Sereniss. ac Potentiss. Poloniarum Regi atque Electori Saxoniae a Consiliis intimis, ac Consul civitatis hujus immortaliter

1) Cod. CCCLXXIV. catalogi typis mandati. (Grimæ 1838.)

2) Vid. in indice Catalogi: *Buckinstorffii codices*.

meritus, nunc eheu! desideratissimus, Vir omni laude nostra major, sed perenni posteritatis elogio celebrandus, ut Bibliothecam nostram saluberrimis consiliis suis & beneficentia singulari fovebat, in ejus potius tabulariis, quam in propriis scriniis suis asservari maluit.<sup>1)</sup> Cumque deinde Altorffinae suae non modo, sed totius etiam literati orbis praecipuum decus, JO. CHRISTOPHORUS WAGENSELLIUS, collectam a se in itineribus Rabbincorum, Graecorum, Latinorum &c. MSSorum gazam venum offerret; haud elabi sibi e manibus exoptatam adeo occasionem passus est Prudentiss. ORDO, quin potius gratissimas hujusmodi merces parata statim pecunia sibi asseruit. Sic quoque Celeberr. ACOLUTHI codices nonnullos Coranicos, sic Venerandi Lubecensium Ecclesiarum Antistitis, AUGUSTI PFEIFFERI, orientales Thesauros ab heredibus eorum haud spernendo pretio acquisivit. Tot tantisque incrementis pulcherrima enata est MStorum congeries, quingentis jam & amplius voluminibus luxurians, quorum indicem, si Deus vitam concesserit, brevi daturi sumus. In praesenti vero extantiorum quorundam recensione nobis liceat defungi, & quandoquidem duabus classibus distinguuntur, separatam quoque singulis operam impendemus.

Ad *Orientalem* quod attinet, principem in illa locum sibi vindicant duo codices, membrana contexti, Wagenseiliani tabularii potiora cimelia, qui magnam sacrorum oraculorum partem continent. Primum majoris molis tum Wagenseilius, tum Judaei, ipsi, ante DC annos exaratum existimarunt. Sistit ille *quinque Mosis libros, libellum Ruth, Canticum Canticorum, & initium libelli Esther*. Textui vocales & accentus, litterisque *Begadkephat* lineola *Raphe*, ut vocatur, adjecta conspiciuntur. Pentateucho accedit utraque interpretatio *Chaldaica*, tum ea, quae ONKELOSUM autorem habet, tum quae *Hierosolymitanae* nomen prae se fert, a codicibus impressis passim differens; itemque R. SALOMONIS ISACIDAE commentarius, qui & ipse ab exemplaribus prelo descriptis multum abit, & reliquis etiam, quos memoravimus, libris adjungitur. Singulis Pentateuchi sectionibus singulae Lectiones propheticae iisdem convenientes subnectuntur, & ipsae R. SAL. ISACIDAE explanationibus

1) Index donatorum manuscriptus, qui in bibliotheca adhuc asservatur, non nisi de XVII codicibus a *Jac. Bornio* donatis refert [p. 18.] Sunt hi: 1) et 2) Horatii [XXXIX. et XLI.] 3) Ovidii *Metamorphoseon* fragmentum [XLV.] 4) et 5) Lucani [XLIX. et L.] 6) Statius [LII.] 7) Galteri *Alexandreis* [LXIII.] 8) Senecae de beneficiis libri cet. [LXXVIII.] 9) Cassiodori *Variae* cet. [XCV.] 10) Compendium chronicorum Johannis Wilhelmi de Arnstein cet. [XCI.] 11) De vita et gestis S. Henrici cet. [CXCIV.] 12) Isidori *origines* [XCVIII.] 13) Augustini de civitate Dei libb. XI—XXII. [CXLVII.] 14) Codex Dionysio-Hadrianus [CCXXXIX.] 15) Abbas Urspergensis [CCCCXIV.] 16) Infortiatum [CCXCIV.] 17) Codex *varia elegantia* continens. Ita satis ridicule codex nescio quis in indice donatorum designatur.

instructae. Alter Codex *Pentateuchum* cum suis lectionibus Propheticis, *libellum Ruth*, *Canticum Canticor.*, *Ecclesiasten*, *Threnos*, *libellum Esther*, *Psalmos*, *Proverbia* & *Librum Jobi*, adjectis vocalibus atque accentibus, lectoribus offert. Ultimum ibi locum occupat *Megillath Antiochus*, seu *Historia fratrum Maccabaeorum*, Chaldaice conscripta, cujus pars punctis ornata, pars iisdem destituta est. Hanc necdum editam in lucem eruditi orbis proferre Wagenseilius voluit, uti ejusdem interpretatio latina huic codici inserta testatur. Est quoque penes nos haec ipsa *Historia* sermone Hebraico expressa, & ex codice MS. Bibliothecae Colbertinae in Wagenseilii gratiam descripta, ab illa, quam BARTOLOCCIUS [T. I. p. 383 seqq.] in Bibliotheca Rabbinnica exhibet, multum diversa. Cum duobus hisce Bibliorum codicibus jungendus est R. MOSIS NACHMANIDAE *Commentarius in Jobum*, in membrana, ante plures quam CC annos scriptus, & ipse librorum nondum editorum catalogo inferendus. Nec omittenda hic sunt R. ESAIAE SINUKEL *Commentaria in Pentateuchum*, *Josuum*, *libros Judicum*, *Samuelis* & *Regum*, *Prophetas majores atque minores*, itemque *Psalmos* & *Jobum* membranis exarata, quae etiam ad hunc usque diem lucem non adspexerunt. Multo minus hinc segregandus liber rarissimus & diu a Christianis summo studio quaesitus, nec uspiam inventus, in charta tamen descriptus, cui titulus: *Gale Rasaiia*, seu *detegens arcana*. De Auctore ejus lis est, uti ex laudato *Bartoloccio* [l. c. T. I. p. 726. & III. p. 75.] perspicui potest, qui hunc librum praecipua fidei Christianae capita tam clare demonstrare affirmat, ut vix ex novo foedere majori perspicuitate ostendi queant. Nihil huc usque de hoc libro excusum fuit, praeter exigua quaedam fragmenta in *Jalkut Reubheni* allata, quae cum hoc codice optime conveniunt. Edidit quidem JULIUS CONRADUS OTTO, qui a Judaeis ad Christianorum castra transiit, & in Altorffina Hebr. linguae professoris olim munus aliquandiu obivit, Noribergae A. MDCV in 4. ejusdem nominis librum; sed spurium esse hunc foetum, orbis eruditus jam dudum agnovit. Ex libris Philosophicis commemorandus est liber ABU AHMED IBN ABDALLA ALGAZIL, titulum gerens: *Mosene Zedeck*, seu *Ethica Arabice* primum scripta, deinde vero a R. ABRAHAMO BAR CHASDAI in Hebraicum sermonem translata. Quae interpretatio apud nos reperitur nondum typis vulgata. Codicibus Hebraicis addi meretur Syriacus, magnae certe antiquitatis in charta bombycina scriptus, qui *liturgias* continet, & Cl. WAGENSEILIUM possessorem olim habuit, itemque Armenicus *IV Evangelia* exhibens. Scriptus est in charta admodum eleganter, et ad codices Pfeifferianos pertinet. Ex *Arabicis* atque *Persicis* indicio nostro digni videntur codex maximae formae & admirandae prorsus elegantiae, partem Corani, nempe Cap. LXVII. LXX. usque ad LXXVII continens. Scriptus est jussu ac sumtu Regis Choda-

*bendae*, qui sub finem seculi XVI. Persarum res moderatus est, uti praemissa docet praefatio, et regiam plane magnificentiam ostentat. Charta enim, quae bombycina est, crassitie membranam superat, & latitudine cubitum, longitudine vero cubitum unum cum dimidio aequat. Primae duae paginae tum varii generis coloribus, tum maxime auro nitidissime pictae sunt, nihilque aliud nisi haec verba inscripta habent: *Est certe Coranus literis conservatus veneratione dignissimus. Ne tangant eum nisi puri. Dimissus est a Domino totius rerum universi.* Quae solennis Mohammedanorum formula etiam ad initium C.LXVII repetitur. Singulae paginae non plures quam quinque versus inscriptos habent, quorum alter literas auro scriptas atque atramento cinctas, alter e contra atramento expressas aureisque lineis circumdatas literas ostendit. Donum est eximium JO. FRID. GLEDITSCHII, Bibliopolae hic loci famigeratissimi. Similem Corani codicem Soltaniae in mausoleo Sultani CHODABENDAE se vidisse narrat ADAMUS OLEARIUS. [v. Itiner. Pers. p. m. 477.] Cum hoc conjungi merentur alii codices, quorum alter textum totius Corani Arabicum, et Turcicam illius interpretationem singulis versibus interjectam, vel in ipsis regionibus orientalibus admodum raram, alter ejusdem translationem Persicam nitide scriptam, & Arabico textui adjectam, exhibet. Uterque ex Bibliotheca ANDR. ACOLUTHI, qui eorum jam publice mentionem fecit, [in Specim. Corani quadrilinguis Berol. 1701. emisso.] redempti sunt. Coranum sequatur *Sonna*, seu integra Mohammedanorum lex secundaria, ex dictis factisque Mohammedis collecta, ut ipsa libri lectio docet. Eam ABU ABDALLA MOHAMMED IBN ABIL GASAN ISMAEL BOCHARI in lucem publicam protulit. Textus admodum accurate scriptus, & ubique vocalium defectus difficultatis aliquid afferre lectori poterat, iisdem instructus est. Cum codice Africano, partem Sonnae continente, collatus multa saepius exhibuit, quae in hoc plane desiderabantur. Nulla unquam hujus operis pars typis impressa est, summo itaque in pretio habendus hic Codex, qui Bibliothecae Pfeifferianae debetur. Sonnam ob argumenti similitudinem comitetur SOLIMAN AFENDI, scriptis admodum clari, *Doctrina Juris divini & humani* arabice scripta, cujus etiam liber de *Attributis divinis* nobis in promptu est. Inter libros Grammaticos est AZIZI GIRAJAE liber, quem de totius Arabicae linguae natura conscripsit, & in quinque partes divisit, quarum prima nominum, altera verborum significationes per subjectas voces Persicas exponit, tertia de particulis, quarta de flexione nominum, et quinta de flexione verborum agit. Eum non in vulgus notum esse, ex eo colligimus, quod nec HERBELOTIUS, nec HOTTINGERUS in Bibliothecis suis orientalibus ejusdem mentionem faciant. Praeter hunc in nostris manibus versantur duo Codices *Caphiae*, hoc est, Grammaticae Arabicae ab ABU AMRU, filio

OTHMAN, *fili* HAGJEB confectae, Romae A. MDXCII sed arabice tantum in lucem emissae, quam ipsi Arabes plurimi faciunt; itemque duo Commentarii in eandem Caphiam conscripti, quorum alter satis prolixus ABDORRAHMANEM GJAMIUM auctorem habet, in altero vero auctoris nomen non est expressum. Grammaticorum & simul omnium Codicum Arabicorum turmam hac vice claudat *Giarumia*, Grammatica ab Arabibus magni aestimata, cujus exemplum caractere Africano scriptum est. Primum illa Romae A. MDXCII arabice, deinde per KIRSTENIUM Vratislaviae A. MDCX arabice & latine, sed propter codicum, inopiam admodum imperfecte, tandem vero longe melius per ERPENIUM Lugd. Bat. A. MDCXVII edita fuit. Autor illius habetur ABI ABDALLA MOHAMMED *filius* DAVID IZZANHADIAE, qui etiam librum de *Attributis Divinis* conscripsit. Inter libros *Persicos* sunt scriptum maxime decantatum, quod ANDR. du RYER gallice, FRIDER. OCHSENBACH germanice, sed uterque admodum imperfecte; AD. OLEARIUS iterum germanice, sed melius, & GEOGR. GENTIUS persice atque latine, suisque simul observationibus illustratum Amstelodami A. MDCLI in lucem emisit, nempe MUSLADINI SADI *Rosarium Politicum*, cujus duos codices possidemus, ex quibus unus A. Hegirae DCCCCLXII hoc est Christi MDLXXXIV scriptus est. Praeter hunc librum possidemus HAFIZ, unius ex principibus Poëtarum Persicorum, uti Olearius [l. c. p. 624.] docet, *carmina* pulcherrime scripta; nec non ABDORRAHMAN IBN AHMED GJAMII, celeberrimi Poëtae Persici, qui A. Hegirae DCCCLXXXVIII, hoc est Christi MCCCCX diem obiisse dicitur, carmen Persicum, de *amoribus Josephi y Zoleikae*, cujus HERBELOTIUS in voce *Gjami* quoque meminit.

(Fortsetzung folgt.)

## Uebersicht der neuesten Litteratur.

### DEUTSCHLAND.

- Dernburg**, Prof., Thomasius u. die Stiftung der Universität Halle. Rede gehalten beim Antritt d. Rectorats der Universität Halle-Wittenberg am 12. Juli 1865. gr. 8. (35 S.) Halle. n.  $\frac{1}{6}$  Thlr.
- Foerster**, Lic. Thdr., de doctrina et sententiis Dionysii Magni, episcopi Alexandrini. Dissertatio inauguralis. gr. 8. (47 S.) Berlin. n.  $\frac{1}{4}$  Thlr.
- Frank**, Prof. Dr. Fr. H. R., die Theologie der Concordienformel historisch-dogmatisch entwickelt u. beleuchtet. IV. (Thl.) Die Artikel v. den kirchl. Mitteldingen, v. der ewigen Vorsehg. u. Wahl Gottes u. v. den ausserkirchl. Häretikern. gr. 8. (VI u. 427 S.) Erlangen. n. 1 Thlr. 18 Ngr. (eplt.: n. 5 Thlr. 26 Ngr.)

- Güdemann**, Rabb. Dr. M., zur Geschichte der Juden in Magdeburg. Grösstentheils nach Urkunden d. Magdeburger kgl. Provinzial-Archivs bearb. Nebst Noten u. handschriftl. Beilagen. [Abdr. aus Frankel's Monatsschrift f. Geschichte u. Wiss. d. Judenthums.] gr. 8. (56 S.) Breslau 1866. n. 12 Ngr.
- Guericke**, Prof. Dr. Heinr. Ernst Ferd., Handbuch der Kirchengeschichte. Mit steter Rücksicht auch auf die dogmengeschichtl. Bewegg. 9. wesentlich verb. u. umgearb. Aufl. (In 3 Bdn.) 1. Bd. Aeltere Kirchengeschichte. gr. 8. (XII u. 380 S.) Leipzig 1866. n. 1 Thlr. 24 Ngr.
- Hartung**, J. A., die Religion u. Mythologie der Griechen. 2. Thl. Die Urwesen od. das Reich d. Kronos. gr. 8. (VI u. 250 S.) Leipzig. (a) 1 $\frac{1}{4}$  Thlr.
- Hebler**, Prof. C., Aufsätze üb. Shakespeare. 8. (X u. 200 S.) Bern. n. 24 Ngr.
- Heliand**. Christi Leben u. Lehre. Nach d. Altsächs. v. K. *Sinrock*. 2. Aufl. 8. (IV u. 275 S.) Elberfeld 1866.  $\frac{3}{4}$  Thlr.
- Hessling**, Prof. Thdr. v., Grundzüge der allgemeinen u. speciellen Gewebelehre d. Menschen. gr. 8. (X u. 372 S.) Leipzig 1866. n. 2 $\frac{1}{3}$  Thlr.
- Hettner**, Herm., Literaturgeschichte d. 18. Jahrhunderts. 1. u. 2. Thl. 2. umgearb. Aufl. gr. 8. Braunschweig. à n. 2 $\frac{2}{3}$  Thlr.  
Inhalt: 1. Geschichte der englischen Literatur von der Wiederherstellg. d. Königthums bis in die 2. Hälfte d. 18. Jahrh. 1660—1770. (X u. 561 S.) — 2. Geschichte der französischen Literatur im 18. Jahrh. (IX u. 593 S.)
- Hippocrates**. *Cura Caroli H. Th. Reinhold*. Fasc. II—VI. gr. 8. (240 S.) Athen. n. 2 Thlr. (Vol. I. cplt: n. 2 $\frac{1}{3}$  Thlr.)
- Jaffé**, Benno, de acido bromangelico. Dissertatio inauguralis chemica. gr. 8. (44 S.) Berlin. baar n.  $\frac{1}{3}$  Thlr.
- Jahrbuch** der deutschen Shakespeare-Gesellschaft im Auftrage d. Vorstandes hrsg. durch *Frdr. Bodenstedt*. 1. Jahrg. Lex.-8. (XXII u. 457 S.) Berlin. In engl. Einb. n. 3 Thlr.
- Klein**, Pfr. Dr. Johs., aus der Belagerung v. Neisse 1807 u. dem Leben d. Marquis de Bombelles. gr. 8. (III u. 40 S.) Neisse. 2 $\frac{1}{2}$  Ngr.
- Koch**, M., Geschichte d. deutschen Reiches unter der Regierung Ferdinands III. Nach handschriftl. Quellen. 2. (Schluss-)Bd. gr. 8. (XVI u. 535 S.) Wien 1866. (a) n. 3 Thlr.
- Koerber**, Prof. Dr. G. W., *Parerga lichenologica*. Ergänzungen zum: *Systema Lichenum Germaniae*. 5. Lfg. gr. 8. (XVII S. u. S. 385—501.) Breslau. n. 1 $\frac{1}{3}$  Thlr. (cplt.: n. 5 $\frac{1}{3}$  Thlr.)
- Leuckart**, Dir. Prof. Dr. Rud., Bericht üb. die wissenschaftlichen Leistungen in der Naturgeschichte der niederen Thiere während d. J. 1863. gr. 8. (148 S.) Berlin. n. 1 $\frac{1}{3}$  Thlr.
- Levy**, Rabb. Dr. J., chaldäisches Wörterbuch üb. die Targumim u. e. grossen Theil d. rabbinischen Schriftthums. 1. Lfg. hoch 4. (96 S.) Leipzig 1866. 1 Thlr.
- Löher**, Frz., Beiträge zur Geschichte der Jakobäa v. Bayern. 1. Abth.: 1401—1426. [Aus d. Abhandlgn. d. k. bayer. Akad. d. Wiss.] gr. 4. (111 S.) München. n. 1 Thlr. 18 Ngr.
- Lorenz**, Ottokar, deutsche Geschichte im 13. u. 14. Jahrhundert. 2. Bd. 1. Abth. Das Aufkommen der habsburg. Macht. gr. 8. (316 S.) Wien 1866. n. 1 $\frac{1}{8}$  Thlr. (I—II, 1.: n. 4 $\frac{3}{8}$  Thlr.)
- Geschichte König Ottokars II. v. Böhmen u. seiner Zeit. gr. 8. (XI u. 758 S.) Ebd. 1866. n. 4 $\frac{2}{3}$  Thlr.
- Loschmidt**, J., Beiträge zur Kenntniss der Krystallformen organischer Verbindungen. [III.] [Mit 1 (lith.) Taf.] [Abdr. aus d. Sitzungsber. d. k. Akad. d. Wiss.] Lex.-8. (6 S.) Wien. (a) 3 Ngr.

- Luther's**, Dr. Mart., sämtliche Werke. 6. Bd. [1. Abth. Homiletische u. katechetische Schriften 6. Bd.] 2. Aufl. 8. (X u. 456 S.) Frankfurt a. M. (à)  $\frac{3}{4}$  Thlr.
- Matzenauer**, Telegrafendirektionsrath Engelb., Urzeugung [Generatio aequivoca] durch Condensirung elektrischer Auflösungen aus Prof. Paul T. Meissner's Wärmelehre gefolgert. gr. 8. (23 S.) Wien. n. 8 Ngr.
- Mithoff**, H. Wilh. H., Kirchen u. Kapellen im Königr. Hannover, Nachrichten üb. deren Stiftung, Bauart, Geräte, Kunstschätze u. Alterthümer, zusammengestellt. Hrsg. vom histor. Vereine f. Niedersachsen. 1. Hft.: Gotteshäuser im Fürstenth. Hildesheim. gr. 4. (VI u. 66 S. m. 5 Steintaf.) Hannover. n. 1 Thlr. 22 Ngr.
- Monatshefte**. Wiener numismatische. Red. u. hrsg. v. Dr. G. A. Egger. 1. Bd. Juli 1865 bis Juni 1866. 12 Hfte. gr. 8. (1. u. 2. Hft. 64 S. m. 1 Kpfr.- u. 2 Steintaf.) Wien. (Leipzig.) Halbjährlich n.n. 2 Thlr.
- Müller**, Gymn.-Dir. Frdr., deutsche Sprachdenkmäler aus Siebenbürgen. Aus schriftl. Quellen d. 12. bis 16. Jahrh. gesammelt. gr. 8. (XXXII u. 236 S.) Hermannstadt 1864. n. 1 Thlr.
- Neillreich**, Ob.-Landesger.-R. Dr. Aug., Aufzählung der in Ungarn u. Slavonien bisher beobachteten Gefässpflanzen nebst e. pflanzengeograf. Uebersicht. gr. 8. (XXIV u. 504 S.) Wien 1866. n.  $3\frac{1}{2}$  Thlr.
- Neubauer**, Jac., M'lechet ha Schir. Hebräische Verskunst aus Handschriften gesammelt u. hrsg. 8. (VI u. 65 S.) Breslau. n.  $\frac{1}{3}$  Thlr.
- Olshausen**, J., Prüfung d. Charakters der in den assyrischen Keilinschriften enthaltenen semitischen Sprache. [Aus d. Abhandlgn. d. k. Akad. d. Wiss. zu Berlin 1864.] gr. 4. (24 S.) Berlin. n. 8 Ngr.
- Petzholdt**, Alex., der Kaukasus. Eine naturhistor. so wie land- u. volkswirtschaftl. Studie [ausgeführt im J. 1863 u. 1864.] 1. Bd. Mit 1 (lith.) Ansicht v. Tiflis (in Tondr.) u. einigen (eingedr.) Holzschn. gr. 8. (XVI u. 387 S.) Leipzig 1866.  $2\frac{1}{2}$  Thlr.
- Rammelsberg**, C., Gedächtnissrede auf Heinrich Rose. [Aus d. Abhandlgn. d. k. Akad. d. Wiss. zu Berlin 1865.] gr. 4. (31 S.) Berlin. n. 11 Ngr.
- Reise** der österreichischen Fregatte Novara um die Erde in den J. 1857, 1858, 1859 unter den Befehlen d. Commodore B. v. Wüllerstorff-Urbair. Zoologischer Theil. 1. Bd. 2. Abth. Vögel von Aug. v. Pelzeln. Mit 6 (chromolith.) Taf. gr. 4. (IV u. 176 S.) Wien. n. 5 Thlr.
- Ribbeck**, W., in Euripidis Helenam conjectanea. 4. (24 S.) Berlin. baar n. 12 Ngr.
- Roesler**, Dr. E. Rob., üb. die Namen der Wochentage. gr. 8. (36 S.) Wien. n.  $\frac{1}{3}$  Thlr.
- Rosshirt**, geh. R. Prof. Dr. C. F., äussere Encyclopädie d. Kirchenrechts od. die Haupt- u. Hilfswissenschaften d. Kirchenrechts. 1. Abth. gr. 8. (V u. 222 S.) Heidelberg. n.  $1\frac{1}{6}$  Thlr.
- Sanders**, Dr. Dan., Wörterbuch der deutschen Sprache. Mit Belegen von Luther bis auf die Gegenwart. 34. Lfg. gr. 4. (2. Bd. VIII S. u. S. 1601—1828.) Leipzig. n. 2 Thlr. (cplt.: n. 24 Thlr.)
- Schmidt**, Gymn.-Prof. Wilh., die Stammburg der Hunyade in Siebenbürgen. Nach theilweise noch ungedr. Quellen. Mit 2 Stahlst. gr. 8. (109 S.) Hermannstadt. n. 24 Ngr.
- Schrauf**, Doc. Dr. Albr., Lehrbuch der physikalischen Mineralogie. 1. Bd. gr. 8. Wien 1866. n. 2 Thlr.
- Inhalt: Lehrbuch der Krystallographie u. Mineral-Morphologie. Handbuch zum Studium der theoret. Chemie, Mineralogie u. Krystallophysik. Mit 100 dem Texte eingedr. Holzschn. (X u. 253 S.)



- Schuller**, weil. Statthaltereirath Joh. Karl, zur Frage üb. die Herkunft der Sachsen in Siebenbürgen. Für Gönner u. Freunde siebenbürg. Landeskunde. 2. verb. Aufl. 8. (57 S.) Prag 1866. n. 12 Ngr.
- zur Geschichte der Familie Zabanius Sachs v. Harteneck. Sylvestergabe f. Freunde u. Gönner. 8. (16 S.) Hermannstadt 1864. n. 4 Ngr.
- Schuster**, Frdr. Wilh., siebenbürgisch-sächsische Volkslieder, Sprichwörter, Räthsel, Zauberformeln, u. Kinder-Dichtungen. Mit Anmerkgn. u. Abhandlgn. hrsg. gr. 8. (XXIV u. 556 S.) Hermannstadt. n. 2½ Thlr.
- Schweder**, Prem.-Lieut. O. F., Scharnhorsts Leben. gr. 8. (IX u. 239 S.) Berlin. 1 Thlr. 6 Ngr.
- Seidemann**, Joh. Karl, die Unruhen im Erzgebirge während d. deutschen Bauernkriegs. Nach den Acten d. königl. sächs. Haupt-Staatsarchivs zu Dresden. [Aus d. Abhandlgn. d. k. bayer. Akad. d. Wiss.] gr. 4. (60 S.) München. n. 24 Ngr.
- Seldlitz**, Wirkl. Staatsrath Prof. Dr. Karl v., üb. die Vererbung der Lebensformen, Eigenschaften u. Fähigkeiten organischer Wesen auf ihre Nachkommen in Bezug auf Physiologie u. prakt. Heilkunst. Festschrift zum 50jähr. Doctorjubiläum d. Geh. Raths Dr. J. Weisse. 8. (72 S.) St. Petersburg. n. 1/3 Thlr.
- Sighard**, Dr. J., ein Wachstafelbuch aus dem Kloster Polling. [Aus d. Abhandlgn. d. k. bayer. Akad. d. Wiss.] gr. 4. (16 S.) München 1864. n. 6 Ngr.
- Stricker**, Dr. S., Untersuchungen üb. die Entwicklung der Bachforelle. [Mit 2 (lith.) Taf.] [Abdr. aus d. Sitzungsber. d. k. Akad. d. Wiss.] Lex.-8. (9 S.) Wien. n.n. 1/6 Thlr.
- Treitschke**, Heintr. v., historische u. politische Aufsätze vornehmlich zur neuesten deutschen Geschichte. 2. Aufl. gr. 8. (VII u. 648 S.) Leipzig. n. 2 Thlr.
- Valentinelli**, Jos., Regesta documentorum Germaniae historiam illustrantium. Regesten zur deutschen Geschichte aus den Handschriften der Marcusbibliothek in Venedig bearb. [Aus d. Abhandlgn. d. k. bayer. Akad. d. Wiss.] gr. 4. (199 S.) München 1864. n. 1¾ Thlr.
- Verkehr**, numismatischer. Ein Verzeichniss verkäuf. u. zum Ankauf gesuchter Münzen, Medaillen, Bücher etc. Hrsg. v. C. G. Thieme in Leipzig. Jahrg. 1865. Nr. 9—16. (B.) Fol. Leipzig. baar à n.n. 3 Ngr.
- Waltenhofen**, Prof. Dr. A. v., einige Beobachtungen üb. das elektrische Licht in höchst verdünnten Gasen. [Abdr. aus d. Sitzungsber. d. k. Akad. d. Wiss.] Lex.-8. (11 S.) Wien. n. 2 Ngr.
- elektromagnetische Untersuchungen, m. besond. Rücksicht auf die Anwendbarkeit der Müller'schen Formel. [1. Abhandlg., enth. die Versuche m. massiven Cylindern.] [Mit 1 (lith.) Taf.] [Abdr. aus d. Sitzungsber. d. k. Akad. d. Wiss.] Lex.-8. (28 S.) Ebd. n.n. 6 Ngr.
- Zeitschrift** für wissenschaftliche Zoologie hrsg. von Carl Thdr. v. Siebold u. Alb. Kölliker, Proff. 15. Bd. 3. u. 4. Hft. Mit 18 Kpfrtaf. (wovon 4 color., in gr. 8. u. 4.) gr. 8. (IV S. u. S. 243—521.) Leipzig. n. 5½ Thlr. (I—XV.: n. 114⅓ Thlr.)
- Zunz**, Dr., Literaturgeschichte der synagogalen Poesie. gr. 8. (XI u. 666 S.) Berlin. n. 4 Thlr.
- Zur** Charakteristik d. Euripides u. seiner Zeit. gr. 4. (28 S.) Einsiedeln. ¼ Thlr.

---

Verantwortlicher Redacteur: Dr. R. Naumann.  
Verleger: T. O. Weigel. Druck von C. P. Melzer in Leipzig.